

Johannes Dalkarl, Karolus Stok and Laurentius Esberni, priests and monks in the Johannite monastery in Eskilstuna in the diocese of Strängnäs, explain that another brother of the convent, Olavus Pistoris⁹⁰, had been stealing from the monastery and went into hiding. The prior, Laurentius Misener⁹¹, sent the supplicants to urge Olavus to return to the monastery, together with his accomplices, but Olavus attacked them with arrows and stones and injured some bystanders. Some servants as well as other clerics and laypeople came to the brothers' rescue and injured two of Olavus's accomplices, who later died from these injuries. Olavus was captured and brought back to the monastery. Philippus, cardinal bishop of Albano, refers the case to the auditor Anthonius de Grassis for inspection and commissions the diocesan bishop to declare the supplicants as well as the prior Laurentius Misener and his servant, the cleric Olavus Luce, innocent of homicide and not irregular, on condition that the facts above are true.

Fratres Iohannes Dalakar, Karolus Stok, Laurentius Esberni presbyteri
 professi domus in Eskiltwna ordinis sancti Iohannis Ierosolomitani
 diocesis Strenginensis *exponunt*, quod, cum ad eorum notitiam de-
 venisset, quod quidam frater Olavus Pistoris presbyter eiusdem domus
 5 ac eandem ordinem professus, qui sue salutis inmemor ac Dei timore
 postposito plurima bona, argentum et alia iocalia preciosa ipsius con-
 ventus furtim secum subripiens tunc extra conventum auffugisset et in
 domo cuiusdam laici ipsius conventus familiaris latitaret, ipsi oratores
 de prioris dicte domus consensu non intentione quemquam ledendi sed
 10 animo <reducendi> ipsum Olavum cum nonnullis suis complicitibus, ut
 secum ad conventum rediret, amicabiliter amonuerunt. Quorum amonitionibus idem Olavus minime consentiens suorum complicitum
 adiutorio in dictos fratres irruit sagittisque et lapidibus quosdam de
 astantibus vulneravit. Invalescente animi huiusmodi rumore quidam
 15 tam de familia dicte domus quam etiam alii clerici et laici propria
 voluntate sine aliqua reclamatione ad predictorum fratrum succursum
 supervenerunt, quorum quidam missis sagitis duos de complicitibus
 prefati fratris Olavi letaliter vulneraverunt, qui postmodum ambo ex

17:203r

150 Petrum anno quinto (*scil.* pape Pauli II) *in marg. sup.*; Rome xviii Kalendas Ianuarii *in marg. sin.*; Strengniensis diocesis *in marg. dext.* | 150,3 exponunt *om. cod.* | 5 salutis] saluti *cod.* | 7 tunc extra] *ut vid.* | 9 consensu] consensus *ante corr. cod.* | 10 reducendi] *vel. sim. om. cod.*; *cf. n. 164,8.* | 11 amonuerunt] *i.e.* amonuerunt | amonitionibus (*i.e.* amonitionibus)] amonitionibus *male scr. cod.* | 13 sagittisque] *i.e.* sagittisque | 14 vulneravit + *de ante corr.* | 17 sagitis] *i.e.* sagittis

89. *Cf. no. 164.*

90. *See COLLMAR, p. 597.*

91. *See COLLMAR, pp. 592–593.*

huiusmodi vulneratione vitam finiti sunt. Ac deinde captum predictum
fratrem Olavum furtoque cum eo reperto ad conventum reduxerunt. 20
Cum autem, pater sancte, oratores prefati ac etiam frater Laurentius
Mezener prior dicte domus, qui etiam presbyter est, et Olavus Luce
clericus ipsius prioris familiaris neminem interfecerunt aut mutilaverunt
neque consilio vel favore aliquem interfici procuraverunt et aliter, quam
ut premittitur, in mortem alicuius interemptorum culpabiles non 25
existant, a nonnullis tamen simplicibus etc. asseritur ipsos propter
premissa homicidii reatum incurrisse et irregularitatis maculam sive
inhabilitatis notam contraxisse etc. Ad ora igitur talium etc. obstruenda
supplicant prefati fratres, quatenus ipsos ex premissis et eorum oc-
casione nullum homicidii reatum incurrisse nullamque irregularitatis 30
maculam contraxisse misericorditer declarari mandare dignemini ut in
forma. Fiat ut infra. Philippus episcopus Albanensis. Videat eam
dominus Anthonius de Grassis. Philippus. Comittatur ordinario et, si
vocatis vocandis premissa vera esse invenerit et quod exponentes con-
silio, auxilio, favore, adortatione aut alias, quam ut premittitur, in 35
morte prefatorum non consenserint, declaret, ut petitur.

150,19 vitam] *fort. vita male scr. cod.* | 22 Luce ut vid. | 26 etc] *scil. et iurisignaris ac ipsius exponentis fors an emulis; cfr e. g. n. 143,10; 252,22. | 28 etc¹] scil. et propterea in suis ordinibus ministrare non posse; cfr e. g. n. 159,25; 160,43. | etc²] scil. et aliorum sibi super hoc in futurum fors an obloqui volentium emulorum; cfr e. g. n. 116,17; 119,17; 123,15; 170,28; 251,29. | 32 Videat...Philippus] *in sin. parte pag.* | 33 Comittatur...36 petitur (*i. e. committatur...*)] *in dext. parte pag.* | 35 adortatione] *i. e. adhortatione* | 36 consenserint] *consenserit cod.**